

non debet retinere in locis diœcesis alios patentatos. Saera cong. episcoporum in *Ferrentina* 4 Aug. 1690, apud Monacell. part. I, tit. 1, formul. 6, n. 2.

(26) Vicariis foraneis obediens debent omnes curati et alii clerici, cujuscunque dignitatis sunt, alias per episcopum puniri possunt. Conc. *Mediolanensis*, I, part. II, tit. *De vicariis foraneis*.

(27) Vicarii foranei habent facultatem in unum congregandi semel in mense presbyteros suæ regionis, seu loci, ut conferant inter se super difficultatibus parochiarum et curis animarum. Concil. *Mediolanensis*, loc. cit.

(28) Eorum officium est inquirere de vita et moribus clericorum, an parochi et presbyteri sui vicariatus habeant libros quos habere debent, an observent decreta synodalia, an eorum incuria divinus cultus aliquid detrimenti patiatur? et de his omnibus ad episcopum relationem facere. Conc. *Mediolanensis*, loc. cit.

(29) Tenentur significare episcopo curatos non residentes in sua regione. Conc. *Mediolanensis*, I, part. II, tit. *De residentia*.

(30) Vicarius foraneus dependet a vicario generali, nisi specialiter ab episcopo justa de causa aliquando ab ejus jurisdictione eximatur. *Communis*.

(31) Non permittat episcopus vicarium foraneum retinere nonnisi unum notarium. Sacra congreg. *Immunitatis in Spoletona* 16 Aprilis 1632, lib. IV *Decr. Paul.*, pag. 181.

(32) Vicarii foranei non habent facultatem extrahendi confugitos. Sac. cong. *Immun.* in *Spoletona* 29 Maii 1629, lib. I *Decr. Paul.*, p. 139.

(33) Quare quoad extractionem sacerdotis et clerici factam a vicario foraneo, sacra congregatio injungit episcopo reintegrari Ecclesiam, et dictus vicarius consulat conscientiae suæ. Sac. cong. *Immunitatis in Theanen*. 19 Februarii 1704, lib. II *Decret. Vallem.*, pag. 558.

(34) Vicarius foraneus ob datam licentiam extrahendi cadaver ab ecclesia pro facienda recognitione corporis delicti, contrahit excommunicationem. Sac. cong. *Immunitatis in Urbevetana* 21 Augusti 1695, lib. I *Decr. Vallem.*, pag. 213.

(35) Idem contrahit irregularitatem, et pro dispensatione remittitur ad sacram congregationem concilii. Sac. cong. *Immunitatis in ibidem*.

(36) Ali quando tamen conceditur eidem facultas extrahendi a locis immunibus ad sex menses, et pro arbitrio episcopi, ita tamen ut extracti ducantur ad carceres curiae ecclesiastice. Sac. cong. *Immunitatis in*

VICARIUS GENERALIS EPISCOPI.

ARTICULUS I.

Quoad ea quæ concernunt ejus esse, constitutionem et jurisdictionem

Hæc porro ad rem notanda.

(1) Vicarius generalis nomine intelligitur,

Camerinen. 19 Nov. 1630, lib. II *Decr. Paul.*, pag. 64.

(37) Vicarii foranei dicuntur illi, qui in certa parte diœcesis extra civitatem Sedis episcopalium, vel in oppidis per episcopum constituantur, ut ibi jurisdictionem quamdam exerceant; cap. *Romana* I, De officio ordinarii in 6. (38) Et ab ipsis appellari potest ad episcopum: Bened. XIV, *De syn.* d., lib. III, cap. 3, n. 5. (39) Antiquissimi sunt, et origo eorum ad chorepiscopos est referenda. Idem, *ibidem*, n. 6. (40) Choropiscopis enim sufficiunt archipresbyteri, archidiaconi et decani rurales. Idem, *ibid.*, n. 7. Vide *De chorepiscopis* tom. III, verb. *Episcopus*, art. 1, n. 36, ad 41, (41) ubi qui ipsi fuerint, quod eorum officium, et quare ab Ecclesia sublati. (42) Vicarii foranei in Italia etiam ante S. Carolum Borromœum esse cœperunt, ut in aliis locis. Idem, *ibidem*, n. 8, contra aliquos alter sentientes: sed minorem in Italia obtinuit jurisdictionem. Idem, *ibidem*, n. 9. (43) Si parochi sint, synodo diœcesana intervenire debent. (44) Si non sint, tenentur, si episcopus eos vocet, idque expedit, quoniam ab ipsis tanquam oculatis testibus melius quam a vicario generali certior fieri poterit de iis, quæ in remotis diœcesis partibus occurruunt, et aliquam fortasse sanctionem exposcent. Idem, *ibidem*, n. 10.

ADDITIONES EX ALIENA MANU.

(45) A vicario foraneo distingui debet is, qui extra urbem cum aliqua delegatione universitatis causarum ab episcopo constituitur. (46) Ille enim nec in personatu, nec in dignitate constitutus censetur, nec præcedentiam ratione officii supra alios presbyteros obtinet; *Monacell.* in *Formul. legal practic.*, part. I, tit. 1, n. 2 et sequent.; Schmier., *Jurispr. canon. civil.*, lib. I, tract. 3, cap. 5, sect. 4, in *Supplement.* q. 1, n. 3, ubi quod solet deputari pro levibus duntaxat, et modicis causis.

(47) Hic vero majorem dicitur habere prærogativam et jurisdictionem. Quinimo si deputatus sit ad universitatem causarum, perinde ac ille qui residet in urbe, dici poterit vicarius generalis, et sic in dignitate constitutus, capaxque delegationis Apostolicæ; et id, quia vicarium generale non facit qualitas loci, sed generalitas causarum; Sbroz *De vicar. episcop.*, lib. I, q. 20, n. 11; Schmier., *loco mox citato*, ubi quod: « Si rescriptum aliquod pontificium ad vicarium generale dirigatur in materia gratiosa, erit in arbitrio impetrantis cuiusnam illud præsentare velit, poteritque electus ab impetrante vicarius ad executionem præviale procedere. »

qui constitutus est ab episcopo cum generali potestate, ut ejus vices gerat in eodem loco in quo ipse sedem habet, ac jus dicere solet, ita ut censeatur idem esse auditorium utriusque, cap. *Non putamus* 2, De consuetudine in 6; Barbosa, *De offic. et potest. episcop.*

scop., part. III, allegat. 54, n. 127, cum plurimis ibi citatis; Reiffenstuel, lib. I *Decret.*, tit. 28, n. 16, et alii plures. Vide infra n. 9.

(2) Vicarius generalis episcopi in jure appellatur etiam officialis, cap. *Cum in generali* 3, De officio vicarii in 6, ibi: « Officialis, aut vicarius generalis episcopi, » et concordat cap. *Cum nullus* 3, De temporibus ordinat. in 6, ubi ille ipse, qui antea dicebatur *officialis episcopi*, paucis interjectis lineis vocatur ipse in spiritualibus *vicarius generalis*.

(3) Episcopus potest constituere vicarium generalem absque consensu vel consilio capituli. *Communis*. Sic approbante praxi et consuetudine universalis, quæ in talibus est servanda. Cap. *Ea noscitur* 6, De his, quæ fiunt a prelatis sine consensu capituli.

(4) Imo episcopus non tantum potest, sed etiam ordinarie tenetur vicarium generalem constituere. Abbas, in cap. *Quoniam* 14, n. 3, De officio ordinarii; Reiffenstuel, lib. I *Decretal.*, tit. 28, n. 63; Bald., in l. *Aliquando* n. 1, in quarta oppositione, ff. *De offic. procons.*; Lancellot., *Instit. canon.* lib. I, tit. *De offic. vicar.* in *Glossa*, verb. *Non potest*; Covarruv., lib. III *Variar. resolut.*, cap. 20, n. 4, et plures alii, quos allegat Barbosa, *De offic. et potest. episcop.*, part. III, allegat. 54, n. 125, et Pellegrin., part. I, sect. 2, *De vicario generali episcop.*, subsect. 5, n. 1, per text. in cap. *Volumus* 2, et cap. *Quia in quibusdam* 4, dist. 89, cap. *In nova* 16, qu. 1, cap. *Quoniam* 14, cap. *Inter cetera* 15, De officio judicis ordinarii.

(5) Dicitur autem notanter *ordinarie*, quia si episcopus velit causas per se tractare, sitque peritus jurista, et per se sufficiens ad eas se solo expediendas, præsertim si episcopatus non sit amplius, cogi non potest ad constituendum vicarium generale, ut plures tenuit Rota; et signanter in *Calaguritan Fructuum* 18 Martii, coram Cavalerio, in Valren. et Sulmonen. *Præminentiarum* 18 Julii 1649, coram Emerix 11 Martii 1695, et quod episcopus non possit coarctari ad retinendum vicarium, expresse declaravit sac. cong. Concilii 11 Feb. 1696, approbando dictum votum Rote editum 18 Junii 1694, et 11 Martii 1695, coram dicto Emerix in Valren. *Præminentiarum* apud Monacell. part. I, tit. 1, formul. 1, n. 6, et apud Pitton., *Constitut. ad episcopos* n. 1954, et tenent doctores plurimi allegati a Barbosa, l. c., n. 125, a Pellegrino, l. c., n. 5; Reiffenstuel, l. c., n. 66, aliquie passim.

(6) Secus vero foret, si episcopus non esset peritus jurista, vel ob vastitatem episcopatus, et ingentem causarum molem, aut ob aliam causam non esset sufficiens per se ipsum solum ad omnia commode expedienda, quia tunc, ut dictat ipsam ratio naturalis, tenetur episcopus vicarium generalem constituere, ut saepe sacra congregatio diversis temporibus præcipere consuevit, alioquin mittitur illius ab Urbe, vel aliunde, vicarius pro tali officio exercendo, vel cum Brevi Apostolico, vel

cum litteris sacrae congregationis, vel cum Patente episcopi, quia fuit ad hoc compulsus, ut referunt Nicolius, in *Flosculis*, verb. *Vicarius generalis* sub n. 39; Pellegrin. l. c., n. 8 et alii.

(7) Qui insuper notant, quod talis vicarius missus ab Urbe supradictis modis, est vere vicarius apostolicus, et jurisdictionem habet privative quoad episcopum, nec episcopus illum removere potest. Sac. cong. *Episcoporum, in una Civitatis Castellanæ* 2 Aprilis 1392, in *Mediolanen.* 8 Februarii 1594, in *Savonen.* 17 Sept. 1605, in *Bisinianen.* 18 Martii 1632, in *Motulen.* 5 Augusti 1656.

(8) Episcopus potest etiam binos vicarios generales æque principales, seu in solidum constituere, maxime si diœcesis sit multum ampla, ut sic expeditioni causarum facilius consulatur, cum facilius expediantur causæ per plures, quam per unum, cap. *Quoniam*, De officio ordinarii, cap. *Ad hæc, De officio archidiaconi*, cap. I, *De celebratione missarum*, Clementin. *Et si principalis*, et ibi *Glossa*, verb. *Principalis*, ac cardinalis, et *Imola De scriptis*, cap. *Prudentiam*; ubi Abbas n. 10, *De officio delegati*; Ugolin., *De offic. et potest. episcop.* cap. 4, § 6, n. 4. Barbosa, cit. allegat. 54, n. 126; Rebusus, in *Prax. benefic.*, titul. *Forma vicariatus*, n. 203; Zerola in *Prax. episcop.*, part. I, verb. *Vicarius*, n. 1; Sbroz., lib. I, q. 50, n. 4; Reiffenstuel, l. c., n. 67; Pellegrin., l. c., n. 10 et alii, notantes tamen, quod eos constitui debet in eodem loco, ubi sedem habet; (9) nam generalis vicarius dicitur ille, qui constitutus est ab episcopo cum generali potestate, ut ejus vices gerat in eodem loco, in quo ipse sedem habet, ac jus dicere solet, ita ut censeatur idem esse auditorium utriusque, cap. *Non putamus* 2, De consuetudine in 6; Bartolus, in l. I, in fine, ff. *Qui et a quo appelletur*; Maranta, *De ordine jud.*, part. I, disput. 5, n. 8; Sbroz., lib. I, q. 28, n. 7 et q. 69, n. 2; Pellegrin., loc. cit., n. 11; Reiffenstuel, l. c., n. 16; Barbosa, cit. allegat. 54, n. 127, cum pluribus ibi allegatis.

(10) Ampliatur predicta conclusio, ut possit episcopus plures habere vicarios generales, si ita servetur de consuetudine. Sac. cong., in *Lancianen.* 24 Martii 1599, et 21 Februarii 1614, apud Quaranta, verb. *Capitulum sede vacante*; Nicol., in *Flosculis*, verb. *Vicarius generalis*, n. 40, et Pellegrin., loc. cit., n. 12.

(11) Et a fortiori si habeat plures civitates seu diœceses unitas; nam tunc debet in unaquaque tenere suum vicarium generale. Sac. cong. *Episcoporum, in Sutrina* 7 Iunii 1594, apud Nicolium, loc. cit., sub n. 49; Pellegrinum, l. c., n. 13; Pitton., *Constitut. ad episcopos* n. 1619, quamvis ipse fortasse inadvertenter ex Pascue. referat dictum decretum de anno 1694, 7 Jun.

(12) Et præsertim si dictæ Ecclesiæ seu diœceses unitæ inter se multum distent, quia si una ab altera notabiliter distet, debet episcopus vicarium generalem in diœcesi, in

qua non residet, deputare, ut respondit sac. cong. Concilii, *in Gerunden. et Cariaten.* 2 Octobris 1706, in qua distantia triginta miliarium notabilis ad hunc effectum reputata fuit, ut habetur apud Monacell., *in Appendix. ad part. II.* decis. 4 in fine, et apud Pittonum, *l. c.*, n. 2135.

(13). Quamvis tamen Rota die 5 Maii 1660, *in Valven. Præminentiarum coram Taja dec.* 1, n. 2, inter impressas apud Monacell., *in Append. ad part. II.*, et refert etiam Pitton., *l. c.*, n. 1325, expresse tenerit, quod possit episcopus duarum Ecclesiarum unitarum in uno tantum episcopatu vicarium generali constituere, ad quem accedere tenentur subditi utriusque diœcesis, quod et confirmat eadem Rota *in eadem Valven.* 18 Junii 1694, *coram Emerix dec.* 3, n. 1, apud Monacell. *loco citato*, ubi dicit quod id tradit Cardinal., *in Clementin.* II, q. 2, *De rescriptis*; Sbroz, *De offic. vicar.*, lib. I, part. 1, § 2, sect. 2, subsect. 5, n. 5; Melphiten., *ad Gratian. discept.* 655, n. 4; card. de Luca, *De jurisd.*, disc. 22, n. 10, et *De præminent.*, disc. 7, n. 21; Posth., *Demanunt. observat.* 53, n. 9; Barbosa, *De offic. et potest. episcop.*, part. III, allegat. 54, num. 129 et seq.; Frances, *De Ecclesiis cathedralibus*, cap. 8, n. 378 et 384; Rota, dec. 418, n. 3, *coram Cavalerio*, et decis. 2138, n. 12 et seq., et signanter num. 16, *coram Coccino*. Et ratio est quia licet duæ sint materiales ecclesiæ, formaliter tamen ratione unionis habentur pro unica, cap. *Primo*, *Ne sede vacante*, cap. *Sicut unire de excessib. prælator.* Innocent., *in cap. Novit* in fine, *De offic. legat.*: Gonzalez, *ad Regul.* 8 *Cancellar.* gloss. 5, § 7, n. 29; Rota, decis. 447, n. 2, *coram Remboldo*. Hæc Rota, *l. c.*, n. 1, ubi n. 2, sic subjungit: « Imo quod plus est, potest etiam nullum habere vicarium, et negotia explere per semetipsum; » ut in dicta decis. 418, n. 19, *coram Cavalerio*. Et, *ibidem*, n. 3, sic addit: « Potest enim episcopus in quacunque parte suæ diœcesis tribunal erigere, et subditorum causas cognoscere; » cap. *Cum episcopus*, ibique doctores de officio ordinarii in 6. Mandos., consil. 27; Bartachin, *De episcop.*, part. V, lib. IV, q. 38, n. 6. « Nec sic per indirectum cogi debet alibi, quam in loco suæ residentiae, vel consueto vicarium retinere, vel mittere contra mentem sacri concilii Tridentini, sess. XXV, *De reformat.*, cap. 6, ibi: « In ejus domo, aut consueto « tribunal procedere teneatur; » nec applicantur auctoritates et decreta sacræ congregationis Concilii in contrarium allata, quia intelligenda ac recipienda sunt, prout etiam pleraque loquuntur, in casu, quo subsistit consuetudo retinendi distinctum tribunal, ac vicarium in utraque diœcesi, aut maxima sit inter unam et alteram distantia locorum. »

(14). Et idem iterum confirmavit eadem Rota *in eadem Valven.* 11 Martii 1695; *coram eodem Emerix decano*, dec. 4, n. 1, 3, apud Monacell., *l. cit.*, ibi: « Quo enim ad secundum certum est, quod due Ecclesie

vigore unionis etiam æquæ principalis existentes sub uno episcopo (quidquid sit respectu ipsarum Ecclesiarum, quæ conservant singula suam essentialiam, præeminentias, ac privilegia secundum auctoritates in contrarium allegatas) respectu episcopi habentur pro unica, » cap. 1, *Ne sede vacante*, cap. *Sicut unire de excessib. prælator.* Rota, *in Ampurien. seu Civitat.* Unionis 10 Junii 1686, § *Quoniam*, vers. *Quoad episcopum, coram reverendissimo domino archiepiscopo Mediolanen.*, et ideo sufficit quod episcopus unum tantum vicarium generalem deputet pro ambabus diœcesibus, ut præter vetustiores auctoritates in decis. relatas ex modernioribus tradunt Pellegrin., *in Prax. vicar.*, part. I, sect. 2, subsect. 5. Merol., *in Theolog. moral.*, part. III, disput. 6, cap. 6, dub. 9, n. 73. Ventrigil., part. II, *in Prax. eccles.*, adnot. 14, § 1, n. 4. Idque procedit, nedum quando episcopus residet in diœcesi, verum etiam, quando abesse cogitur ab illa; nam in utroque casu militat eadem ratio unicitalis Ecclesiarum seu diœcesum quoad semetipsum; imo sicuti, ubi residet, nec arctatur ullum retinere vicarium generale, sed potest per se solum causas cognoscere, ceteraque explere negotia sua diœcesis, ut dicit Rota, dec. 418, sub n. 10, *coram Cavalerio*, ita etiam absens unum duntaxat vicarium generale relinquere valet, qui vices supplet sui ipsius. Nec subsistit peculiaris consuetudo episcoporum Valven. seu Sulmonen. retinendi duos vicarios generales in utraque diœcesi, ex Ughell., *in Itat. sacr.*, tom. I, fol. 250, tit. *Valven. et Sulmonen. episcopi*, quia hic non loquitur nominatum de vicario generali, sed de vicario vicesgerente, et sic etiam intelligi valet de vicario foraneo. Ultra quod quatenus etiam constaret, quod quandoque episcopus pro unaquaque diœcesi deputasse vicarium generale, ex deputationibus hisce, tanquam mere facultativis, nulla adversus ipsos allegabilis est consuetudo, sive præscriptio, ut per Rotam dec. 306, n. 3, *coram Caputaquen.*, et dec. 418, n. 9, *coram Cavalerio*.

(15). Episcopus non debet habere plura tribunalia, vel plures vicarios juxta numerum dominiorum, ad quæ diœcesis se extendet. Sacra cong. Episcoporum, *in Aquensi* 16 Feb. 1604, apud Nicolium, *in Flosculis*, verb. *Vicarius generalis*, n. 40 in fin., apud Pellegrin., *l. c.*, n. 14. Nisi tamen alicubi ob justas et graves causas haberetur ad id specialis concessio, seu provisio Apostolica, aut consuetudo legitime præscripta.

(16). Vicarius constitutus in aliquo loco vel parte diœcesis cum facultate generali pro omnibus causis ejusdem loci vel partis, est solum delegatus, non autem vicarius episcopi generalis; ideoque litteras apostolicas exequi non potest. Sic sac. cong., *in una Nullius* 22 Dec. 1628, apud Nicol., *l. c.*, n. 48.

(17). Episcopus nequit creare vicarium generale, antequam possessionem episcopatus apprehendat, quamvis fuerit per

papam pronuntiatus episcopus. Barrosa, cit. allegat. 54, n. 3. Azorius, part. II, lib. III, cap. 43, q. 2; Nicolius, *l. c.*, n. 39, et alii passim.

(18). Episcopus debet in vicarium eligere clericum saltem primæ tonsuræ, non vero laicum; nam laicus non licet ecclesiastica tractare negotia, cap. *Decernimus* 2, *De iudiciis*, cum similibus Barbosa, cit. allegat. 54, n. 4, cum communi aliorum.

(19). Clericus conjugatus licet cum unica, et virgine, non potest esse vicarius generalis episcopi. Sac. cong. Episcoporum, *in Traguriensi* 11 Septembri 1612.

(20). Et multo minus bigamus, cap. unie. *De cleric. conjugato* in 6.

(21). Nec regularis potest esse vicarius generalis episcopi. Sac. cong. Episcoporum, et Regularium, *in Asculana* 15 Januarii 1597, *in Motulana* 8 Maii 1613, *in Spalateni* 12 Aprilis 1619, et sæpe alibi. (22). Nisi cum aliis requisitis habeat etiam licentiam apostolicam degendi extra claustra, Sac. cong. Episcoporum *in Caputaquen.* 18 Novembri 1593.

(23). Vel nisi sit abbas, qui habeat jurisdictionem quasi episcopalem in personas sacerdotiales; nam hic potest deputare vicarium monachum jurisprudentium. Quod si talem non habeat, debet tenere vicarium clericum sacerdotalem doctorem; et si id minus fieri possit, poterit facere vicarium monachum non doctorem assignando ei doctorem pro assessore, sine cuius consilio nihil facere possit, quod requirat altiorem indaginem. Sac. cong. Episcoporum *in Calaguritan* 23 Decemb. 1603, et 21 Novembri 1603, apud Nicolium, *l. cit.*, sub. n. 34. Vide infra n. 40.

(24). Et sacra congregatio Episcoporum aliquando concessit licentiam assumendi regulares in vicarios episcopales Cœlestinos, et etiam Dominicanos, ut *in Puteolana* 3 Februarii 1593, *in Traguriensi* 15 Julii 1606, et *in Vestana* 16 Novembri ejusdem anni apud Nicol., *loco cit.*

(25). Vicarius quoque patriarchæ Latini Constantinopolitani solet esse de Minoribus de Observantia. Sac. cong. Episcoporum et Regularium, 22 Dec. 1619, apud Nicol., *loco cit.*

(26). Vicarius generalis in regnis Hispaniarum non potest esse, nisi qui in ordine sacerd. est constitutus. Urb. VIII, const. incip. *Decet Romanum*.

(27). Vicarius episcopi, vel sede vacante, non potest esse parochus habens curam animarum. Sac. cong. Concilii sub die 12 Maii 1629, apud Barbosam, in *Summa apostol. decis.*, verb. *Vicarius generalis episcopi*, n. 3. (28). Et maxime si curam animarum habeat extra civitatem, et multo magis, si extra diœcesim, non potest esse vicarius, ut decrevit sæpe sacerdos sac. cong. Episcoporum, apud Nicol. *loco citato*, n. 37, et in *Compendio episcop.*, verb. *Vicario*, n. 7, ubi dicta decreta congerit; generaliter enim esse parochum, et vicarium sunt officia male compatibilia in eadem persona. Sacra congregatio Episcoporum *in Sutrina* 7 Decembri 1640. Item propter aeris intemperiem. Sacra congregat. Episcop., *in Fundana* 29 Septembri 1645. Item propter notitiam bonarum qualitatum talis vicarii diœcesani, qui sit eximius in regi-

nuarii 1603. Ex eo quod ut quis bene exercitat alterum ex dictis officiis, alteri necessario deesse cogitur. Sacra congregatio Episcoporum *in Sutrina* 16 Novembri 1640. Neque potest vicarium retinere ex eo quod habeat coadjutorem in parochia. Sac. congr. Episcop., *in Albingan.* 8 Jun. 1521, apud Nicol., *in Flosculis*, loc. cit., sub n. 37. * An parochus possit esse vicarius episc. Vid. verb. *Parochus*, art. 2, n. 46*.

(29). Vicarius generalis esse non potest nepos, vel filius fratris episcopi. Sacra congregatio Episcoporum, *in Ostunen.* 19 Septembri 1577, *in Murana* 4 Februario 1611, *in Tranen.* 17 Junii 1662, *in Meliten.* 18 Junii 1624, et sæpe alibi.

(30). Nec frater, præsertim si non est doctor. Sacra congregatio Episcoporum *in Comensi* 2 Decembri 1578, *in Messana* 11 Januarii 1600. (31). Imo laudatur, qui nec patreueli vult habeat vicarium. Sacra congreg. Episcop., *in Tarentina* 6 Aprilis 1611.

(32). Nec alium consanguineum. Sac. congr. Episcoporum, *in Arianan.* de anno 1636, apud Nicol., *in Flosculis*, loc. cit., sub n. 35.

(33). Nisi hoc sacra congregatio ad aliquod tempus concedat propter bonas qualitates subjecti, ac aliorum idoneorum penuriam. Sac. cong. Episcop., *in Nullius Piscicæ* 1 Octobris 1655.

(34). Originarius civitatis vel diœcesis non potest esse vicarius, nam propter consanguinitates, affinitates, familiaritates et alias attinentias potest deviare a recta justitia, et se reddere partibus suspectum. Sacra congreg. Episcop., *in Ostunen.* 29 Julii 1587, *in Spalaten.* 9 Martii 1593, *in Senogallien.* 10 Februarii 1598, *in Sutrina* 16 Novembri 1640, *in Melphiten.* 11 Augusti 1645, *in Fundana* 25 Maii 1646, et pluribus aliis omissis, *in Monopolitana* 21 Augusti 1711. Ponente cardin. Grimaldo, et særissime alibi, ut adducit Ursaya, tom. III, decis. 8, n. 11 et sequentibus. Et novissime statutum fuit in concilio Romano celebrato sub Benedicto XIII, anno 1725, ubi tit. 8, cap. 2, sic expresse habetur: « Episcopi præterea in vicarios generales suos fratres, aut nepotes, aut propriæ episcopalibus urbis cives non elegant. »

(35). Solet tamen sacra congregatio særissime dispensare, ut episcop. præsertim residens tenere possit vicarium diœcesanum: dummodo non det occasionem querelarum, et hoc multis de causis, et signanter si episcopus adhuc extraneum idoneum invenire nequiverit. Sac. congreg. Episcop., *in Melphiten.* 11 Augusti 1645, *in Fundana* 25 Maii 1644, *in Tropien.* 25 Januarii 1650. Item si vicarius exterus non tam citè possit accedere, sac. congreg. Episcop., *in Melphiten.* 9 Octobris 1645. Item propter tenuitatem fructuum Ecclesie. Sac. congreg. Episcop., *in Sutrina* 7 Decembri 1640. Item propter aeris intemperiem. Sacra congregat. Episcop., *in Fundana* 29 Septembri 1645. Item propter notitiam bonarum qualitatum talis vicarii diœcesani, qui sit eximius in regi-

mine. Sac. congreg. Episcop., in una Montis Falisci 4 Septembri 1684, et in una Civitatis Plebis 4 Martii 1649.

(36) Pénitentiarius non potest esse vicarius generalis, ne suspicionem ingerat, quod in administratione justitiae utatur scientia confessionis, nisi tantæ sit apud omnes bona famæ et opinionis, ut excludatur hujusmodi suspicio. Sacra cong. Episcop., in Ariminum. 28 Jan. 1611.

(37) Ut quis possit constitui vicarius generalis, debet esse ætatis saltem xxv annorum. Azorius, *Instit. moral.*, part. II, lib. III, cap. 43, quæst. 10; Alzed, *De precellent. episc. dignit.*, part. II, quæst. 2, n. 3; Nicol., in *Flosculis*, loc. cit., n. 29; Barbosa, cit. alleg. 54, sub n. 3; Homobon., *De humanae ritæ statibus* cap. 7, vers. Aetas; ubi etiam addit nec posse episcopum dispensare super minori ætate sui vicarii generalis.

(38) Item debet esse doctor vel licentiatus in jure canonico. Sacr. congreg. Episcop., in *Potignanen*. 28 Aug. 1582, in *Triventina* 6 Octob. 1645, et særissime alibi; unde si ad sacram cong. Episc. habeatur recursus contra episcopum non retinentem vicarium jurisprudentum, solet ipsa demandare, ut retingat vicarium generalem doctorem, ut testatur Monacell., part. II, tit. 16, formul. 2, n. 3. Et hoc præcipue locum habet, quando episcopus ipse theologus est et non jurista. Sacr. cong. Episcop., in *Arben*. 23 April. 1691. Ne semper indigeat assessore. Sacr. cong. Episcop. in *Cajacen*. 11 Maii 1594, et in una Montis Falisci 12 Aug. 1650. Nec sufficit esse theologum: sac. cong. Episcop., in *Surrentina* 15 Nov. 1605. Et interim donec provideatur, datur doctor pro consultore, *ibidem*.

(39) Aliquando tamen sacra congreg. Episcop. concessit posse episcopum tenere vicarium non doctorem, alias tamen idoneum, præsertim dum episcopus jurista residet. Ead. sacr. cong., in *Tragurien*. 15 Jun. 1590, et in *Orien*. seu *Oritana* 29 Mart. 1593.

(40) Item vicarii abbatum debent esse idonei doctores si jurisdictionem exerceant extra monasterium. Sac. cong. Episcop. et Reg., in *Calaritana* 23 Dec. 1603. Vide supra n. 23.

(41) Vicarius generalis episcopi habet jurisdictionem ordinariam, et non delegatam. Sic colligitur ex cap. *Non putamus* 2, *De consuetudine* in 6, et cap. *Romana* 3, § 1, *De appellat.* in 6, ac tenet expresse *Glossa* in cap. *Romana*, verb. *Generaliter*, et alia *Glossa* in cap. *Licet*, verb. *Officiale*, *De officio* vicarii in 6. Nicolius, in *Flosculis*, verb. *Vicarius generalis*, n. 45. Pellegrin., in *Praxi vicar.* part. I, sect. 2, subsect. 3, a n. 1 ad 6, ubi, pluribus adductis, id solide probat et solvit contraria. Statim enim ac ab episcopo constituitur, eo ipso a lege, seu canone jurisdictionem accipit, arg. cap. 2, *De officio* vicarii in 6. Et notat Barbosa, part. III, *De officio et potest. episcopi*, allegat. 54, n. 34. Sanchez, lib. III *De matrimonio*, disp. 29, n. 13. Fagnan., in cap.

Quod nobis, n. 41, *De clandestina despontat*, et alii plures. Vide verb. *JURISDICTIO* a n. 15 ad 17, ubi late de hac vicar. general. jurisdictione.

(42) Idem est tribunal, seu auditorium, eademque jurisdictione episcopi et vicarii sui generalis, textu expresso in cap. *Non putamus* 2, *De consuetudine* in 6, ibi: « Cum sit idem auditorium utriusque » et in cap. *Romana* 3, *De appellationibus* in 6, ibi: « Cum unum et idem consistorium, sive auditorium sit censendum. »

(43) Hinc a vicario generali regulariter non datur appellatio ad episcopum, textu expresso in cit. cap. *Non putamus* 2, *De consuetudine* in 6, addita ratione: « Ne ab eodem ad seipsum (cum sit idem auditorium utriusque) appellatio interposita videatur; » et in c. cap. *Romana* 3, § 1, *De appellationibus* in 6, ibi: « Ne ab eisdem ad seipso interponi videatur. » Unde a vicario generali episcopi appellatur, omisso episcopo, immediate ad archiepiscopum. Rota p. 13 rec. dec. 192, n. 5 et part. XIV, decis. 115, n. 210, et communis doctorum.

ADDITIONES EX ALIENA MANU.

(44) Nonnunquam duo constitui solent vicarii generales æque principales. Dubitari propterea contingit, utri delegationes apostolicae censeantur commissæ.

(45) Porro si agatur de rescripto gratioso, ille ex duabus vicariis erit delegatus apostolicus, cui ab impetrante fuerit illud præsentatum. (46) Rescriptum vero licet gratiosum uni vicario jam præsentatum haud potest alteri vicario præsentari; Layman in c. 1, n. 7, *De offic. vicar.*; Leuren., *De vicar.*, cap. 1, § 2, q. 34, n. 2.

(47) Quod si res sit de rescripto contentioso consentientibus partibus, aut nil opponente eo, contra quem ipsum impetratum est, potest etiam quilibet eorum eligi; partibus vero dissentientibus adeundus est Papa, qui debet declarare, utrum eorum delegaverit; Barbos., in c. *Quoniam*, num. 10, *De offic. delegat.*; Wiestner, in *Decret.* lib. I, tit. 28, n. 27.

ARTICULUS II.

Quod ea quæ possit, vel non, vicarius generalis.

Sequentibus num. evolvitur.

(1) Vicarius generalis, ad hoc ut suum munus plene et libere exercere possit, debet ab episcopo constitui in spiritualibus et temporalibus, nec sufficit, si constituatur in spiritualibus tantum, vel temporalibus, quia sub tali forma verborum non esset rigorose vicarius generalis. Arg. cap. *Si episopos* 3, et cap. *Ecclesiæ cathedrali* 4, *De supplenda negligent. prælatorum* in 6, ibi: « In spiritualibus et temporalibus; » Barbosa, part. III *De offic. et potest. episcop.*, allegat. 54, num. 57; Rebuffus, *Prax. Benef.*, part. I, tit. *De vicar. episc.*, num. 16, et in *Forma vicarior.*; Sbroz, *De officio vicarii*, lib. I, q. 23, n. 1, cum seq.; Pavinus, *De offic. et potest. capituli sede vacante*, c. 2, q. 12, n. 6; Pellegr. in *Praxi vicarior.*, part. I, sect. 1, subsect. 1, n. 1, et

alii contra alios. Et ratio est, quia Ecclesia habet et spiritualia, et temporalia, can. *Si quis* 1, q. 3, adeoque debent in forma vicariatus ambo exprimi, cap. *Licet* 2, *De officio vicarii* in 6, cap. *Romana* 1, *De officio ordinarii* in 6, cap. *Romana* 3, *De appellationibus* in 6, c. *Statutum* 6, et c. *Statuta* 20, *De hæreticis* in 6. Sic per hæc jura docet Pellegr. *Prax. vicar.* part. I, sect. 2, subsect. 1, num. 1, cum aliis ibi citatis.

(2) In generali vicarii constitutione conceduntur tantum, quæ in generali mandato continentur, etiamsi adesset clausula: « Dantes, et concedentes ei plenam et liberam protestatem, arg. text. in leg. *Procurator cui*, ff. *De procuratoribus*, cum similibus; Barbos., loc. cit. n. 59; Rebuff. loc. cit., num. 36; Pellegrin., loc. cit. num 3, et alii.

(3) Vicarius generalis vi officii sibi generaliter commissi ordinarie potest ea omnia, quæ episcopus; Rebuffus in *Praxi benef. tit. Forma vicariatus*, n. 30 et seq.; Garcias *De benef.* part. V, cap. 8, n. 65 et seq.; Pirrhing, lib. I *Decretal.*, tit. 25, n. 41; Reiffenstuel, *ibid.*, n. 76, et alii plures; et ratio est, quia vicarius generalis constituit unum tribunal cum episcopo; cap. *Non putamus* 2, *De consuetudine* in 6, ejusque personam representat; cap. *Romana* 3, *De appellationibus* in 6, adeoque quod potest episcopus, censemur et ejus vicarius posse. (4) Nisi tamen aliquid fuerit specialiter in jure exceptum, ut de se clare patet, et omnes fatentur; aut res sit ita gravis et ardua, ut eam episcopus non esset illi in specie verisimiliter concessurus, arg. cap. *Cum in generali* 3, *De officio vicarii* in 6, ibi: « Cum in generali concessione nequaquam illa veniant, quæ non esset quis verisimiliter concessurus, » et concordat cap. *In generali* 81, *De regul. juris* in 6, ibi: « In generali concessione non veniunt ea, quæ quis non esset verisimiliter in specie concessurus; » seu res sit talis, ut exigat speciale mandatum, arg. cap. *Qui generaliter* 5, *De procuratoribus* in 6, ibi: « Qui generaliter constituitur ob negotia procurator, agere ac experiri potest, exceptis iis casibus, qui mandatum exigunt speciale. »

(5) Vicarius generalis etiam sine speciali mandato potest confirmare electos, et instituere præsentatos ad jupatronatus, cap. *Ex frequentibus* 3, *De institutionibus*, Glossa, verb. *Non possunt* in cap. final. *De officio vicar.* in 6; Roch. *De jure patronat.*, verb. *Competens* q. 31, num. 66 et 67; Lambertiu., eod. tract., part. III, lib. II, art. 5, q. 1 in princip.; Covarruv., lib. III *Variar.*, c. 20, num. 7; Gonzalez ad *Regul. Cancellar.* glossa 9, § a num. 78; Pellegrin., loco cit. num 4; Barbos., cit.; allegat. 54, num. 70, cum Rota et sacra congr., ibi cit., testans de communi doctorum contra Rolandum et Rebuffum.

(6) Vicarius generalis sine speciali mandato potest monitoria sub pena excommunicationis ad finem revelationis pro rebus deperditis, seu subtractis concedere: sic pluries declarasse sacr. congreg. Conc. re-

tert Garcias, *De beneficiis*, part. V, cap. 8, num. 98; Pellegrin., loco cit., num. 9.

(7) Vicarius generalis, absente episcopo, processiones indicere et dirigere potest cum consensu capituli. Sacra cong. Conc. apud Barbos., in *Sum. Apostol. dec.*, verb. *Vicarius generalis episcopi quam habeat auctoritatem*, n. 2.

(8) Potest vicarius generalis cognoscere de causis mensæ episcopalibus, et judicare, prout justum fuerit. Sacr. congregat. Episcop., in *Lesinen*. 3 Octobr. 1586.

(9) Item potest exequi commissiones et litteras Apostolicas, quæ prius directæ fuerant vicario capitulari, non adhuc executæ. Sacr. cong. Episc. in *Parmen*. 6 Aug. 1614.

(10) Item potest esse delegatus Papæ et executor Gratiarum Apostolicarum, qui est in dignitate constitutus. Clementin. *Etsi principialis* 2, *De rescriptis*.

(11) Item potest ex vi mandati generalis confessiones sacramentales audire, aliisque eas audiendi facultatem concedere. Barbosa, supra conc. *Trid.*, sess. XXIII *De reform.*, cap. 13, num. 25, cum Sanchez, Campanil., Narbona, Novar., Moneta, et alii citatis, Pellegrin., loco cit., num. 17; Ventrigl., *Prax. rerum notabilium*, t. II, adnotat. 25, § 1, num. 28; Merol., *Theol. moral.*, part. III, disput. 7, cap. 6, dub. 21, num. 176, qui testatur de magis communi et verissima sententia contra Barbosam, *De offic. et potest. episc.*, part. III, allegat. 54, num. 91, et alios apud ipsum tenentes vicarium episcopi non posse sine speciali mandato facultatem concedere alii sacerdotibus audiendi confessiones sacramentales.

(12) Item potest ex proprio officio ausque speciali commissione interesse matrimonii, et aliis sacerdotibus assistendi licentiam concedere; vicarius enim generalis venit appellatione ordinarii: *Communis cum Barbosa De offic. et potest. episcop.*, part. II, alleg. 32, num. 127; Ventriglia, loc. cit., num. 27.

(13) Et id potest vicarius generalis, etiamsi sit tantum clericus, et non sacerdos. Basilius Pontius, tract. *De sacram. matrimon.*, lib. V, cap. 11, num. 11; Barbosa, cit. alleg. 32, num. 120, et alii contra multos alios ibi citatos, et Pellegrinum, loc. cit., num. 27, et alios ab ipso allegatos. Et ratio nostra est, quia adversarii, ut notat Barbosa, loco cit., defendunt contrarium ex eo tantum fundamento, quod non sufficit in contrahendo matrimonio præsentia parochi, qui non sit sacerdos: hoc autem est falsum, cum sacr. cong. Conc. in *Abulensi* 12 Mart. 1593, l. VII *Decretor.*, fol. 193, apud Monacell., tom. II, tit. 16, formul. 2, num. 34, et apud Pitton., *Constitut. ad parochos*, num. 160, expresse declaraverit, quod parochus valide et licite assistit matrimonio, etiamsi nondum sit sacerdos, adeoque, etc. Tum quia eadem sac. congreg. Conc. 4 Jul. 1602, lib. X *Decr.*, fol. 47, apud Monacell., loc. cit., declaravit, quod matrimonium contrahi potest valide, non solum coram sacerdote habente facultatem a vicario generali, sed coram vicaria